



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

36. De Assumptione in corpore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

MEDITATIO XXXVI.

*Assumptio in corpore.*

PUNCTUM PRIMUM.

**C**aro ejus in sepulchro non vidit corruptionem. 1. Ob gloriam Virginitatis, ut, quæ caro Virgo pepererat, incorruptione donaretur. 2. Ob animæ puritatem ab omni profus labe, cujus habitaculum debuit ita honorari. 3. Quia Christi caro de carne illius erat, unde decuit ut sicut Christi caro, ita Matris non corrumpetur.

Corpus  
B. Virg.  
incor-  
ruptum.  
1.  
2.  
3.

PUNCTUM II.

**C**ur resuscitari debuit. 1. Ut expleret innatum desiderium animæ illius sanctissimæ, resumendi corpus: Nam pro amore singulari, quo Matrem prosequabatur, id ei præstare conveniebat. 2. Ad spem nobis faciendam, seu confirmandam futuræ resurrectionis. 3. Ut nomen ei servaretur Matris, quod in animam separatam non convenit, & ut pro nobis interpellando exhibere posset ventrem & ubera, quæ Dominum portaverunt & lactaverunt, quin & corpus, unde ipse Christus suum accepisset. Ita Christus Patri ostendit cicatrices, &c.

Resurre-  
ctionis  
B. Vir-  
ginis  
causæ.  
1.  
2.  
3.

S 3

PUN-

## PUNCTUM III.

Quomo- **A** Ssumptionis modus, qualis olim elevatio  
do as- **A**rcæ testamenti, cum hymnis, & canti-  
sumpta. cis Angelorum, inter manus Cherubim ac Se-  
raphim, excipiente illum Christo in empyreo  
cælo, cui per hoc accessit alterum luminare  
majus, ipso cælo splendidius. Quæ omnium  
gratulatio, quæ exultatio Virginis, quæ actio-  
nes gratiarum quanta celebritas!

## MEDITATIO XXXVII.

*De humilitate B. Virginis, quæ me-  
ruit ita exaltari.*

*Eph. 4. 9.* **Q**uod ascendit, quid est, nisi quia & descen-  
Actus **dit**? Verba sunt Pauli de Christo, & pos-  
humili- sunt aptari B. Virgini, quod eo exaltata est su-  
tatis B. per omnem creaturam, quia se humiliavit infra  
Virgin. omnem. Corona duodecim stellarum respon-  
det totidem insignibus ejus actibus humilita-  
tis.

Porro est quædam humilitas erga Deum;  
quædam erga alios.

## PUNCTUM PRIMUM.

**P**rimus actus est occultare dona, nec nisi  
Occulta **P**merâ necessitate gloriæ Dei, aut salutis pro-  
re dona. ximi urgente, ullum indicium dare; quia, ut di-  
cit Gregorius, *spoliari vult, qui publicè thesau-  
rum portat.* Illud Isaïæ commendatum habeat  
humi-